



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

122. Fer. 4. De septima apparitione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

cessitate, non ut terra sitiens sorbet a quas, sed ut sol calens: instruendo nos quomodo pascha nostrum immolatus Christus dulci meditatione edi debeat, quæ est vas vini boni, locus pascuæ, ubi collocari petam.

*Conf. 2* Si Pascha est transitus, mihi quidem triplex restat, quem exopto. 1. Ab amore creaturarum omniû ad amorem solius Domini, ac Creatoris. 2. A vita hac mortali ad alteram immortalem. 3. Ad iudicium, & à iudicio ad terminum in eo mihi iudicatum. Sit mihi hic Dominus meus Rex, Moses, & Ductor. Si mihi Dominus adiutor fuerit, non timebo mala.

*Conf. 3.* Præter communem, quâ corpus reficitur, quatuor mensas memorię reponendas. 1. Mensam damnatorum, quæ refrigerabit ardorem concupiscentiæ, & resolvet frigus acediæ. 2. Mensam Beatorum, quæ famem, quam patimur, non corporis, sed amoris reficiet. 3. Mensam purgantium animarum. 4. Mensam Eucharisticam aduersus eos, qui tribulant me.

MEDITATIO CXXII.

*Feria 4. Paschæ.*

*De septima apparitione.*

**V**idebo Dominum ad mare septem Discipulis apparentem, & ex piscium captura agin-

agnitum, & Petro oves suas commendantibus  
 retam ex singulis fructum utilem decerpere.

*Conf. 1.* Quomodo Discipuli nocte tota  
 nihil prendiderunt, quibus mane Dominus  
 apparens ait *Mittite in dexteram navigij rete,*  
*& inveniatis. Miserunt ergo, & jam non val-*  
*bant illud trahere præ multitudine piscium.* Al-  
 ius faciam me, ut quam dexterrimè in bonis  
 intentionibus me exerceam, quibus solis  
 æterna merita capiuntur. *Quod pro æterna*  
*vita agitur, etiam post mortem servatur,* ait  
 Greg. hic.

*Conf. 2.* Quomodo ex miraculo agnove-  
 rint Dominum, & quidem Ioannes more suo,  
 & Petrus suo, ut notat Chryl. hom. 89. in Joã.  
 Ioannes ingenio, Petrus fervore, Ioannes  
 acumine, Petrus vehementiã: & sicut ante  
 Petrus ad monumentum intrat primus, &  
 modo antenatat, sic Ioannes utrobique  
 prius videt, & præcurrit. Agnoscam quam  
 gratum sit D E O, si quisque pro viribus ad  
 eum tendat: sive fluctus maris mundi cal-  
 cando, sive ex dilectione proximi extrahendi  
 in fluctus seculi se iniiciendo.

*Conf. 3.* Quomodo Dominus Petrum sui  
 vicarium præfecerit triplici examine de dile-  
 ctione præmissio: magnum enim onus est cu-  
 ra salus aliorum, quia tripliciter pascendi  
 sunt juxta S. Bernard. Ser. de Resur. Pasce  
 menti

mente, pasce ore, pasce opere, Pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. Lyranus addit: Veritatis verbo, vite exemplo, temporali subsidio.

MEDITATIO CXXIII.

Feria. 5. Pasche.

De Apparitione facta Magdalene soli;

Videbo Dominum velut alterum Samsone, inferni claustris everis spectabilem factum Mariæ Magdalene. Petam agnoscere ejus præsertim dilectionis puritatē, & imitari.

Conf. 1. Quomodo Magdalena, de qua Dominus septem ejecerat demonia, contra-ria donis S. Spiritus nihil nocenti percepit; quia ut hic ait D. Hieronymus: *Pecata præterita non nocent, quando non placent.*

Conf. 2. Quanto amore flagraverit in Dominum, quæ non unum sed plures Angelos decoros veste, aspectu, & alloquio solatiij pleno dedignata contemplari, quia affectum ejus totum absorpserat Christus. Ipse est pars optima, & gratis amatur à corde casto, ut ait Aug. in Ps. 72. *Non ab illo petitur aliud premium qui aliud premium petit à DEO & propterea servire vult DEO, chariss facit quod vult accipere, quàm ipsum, à quo vult accipere* Quid ergo? nullum premium det, nullum præter ipsum. Premium det, ipse DEVS est hoc amat,